









3
/



1729.

1. Beckius, Casp. Sebastianus: De oppugnatione servitutum episcopali usu communi et Borussiae.
2. Beckius, Casp. et Sebastianus, Fac. jur. prodecaus: Programmata, Reinholdi Veltjei inang. Disputationi: De oppugnatione servitutum praemissum.
- 3^{ae} Beckius, Casp. Sebastianus: De potestate et jurisdictione principum, specialiternque S. R. imperii, in Liberos.
4. Beckius, Casp. Sebastianus, Fac. jur. prodecaus: Programmata Caroli Augusti Scharii inang. Disputationi: De potestate et jurisdictione principum, specialiternque S. R. imperii in Liberos praemissum.
5. Beckius, Casp. Sebastianus: De emendatione juris Romani in quibusdam causis successivis.
6. Beckius, Casp. Sebastianus: Programmata, Georgii Vanilii Mulleri . . . Disputationi: De pactis rem officiantibus, praemissum.

174.

7. Beckius, Casp. Sebastianus: De periculo nominis pupillaris.
Laris.
8. Beckius, Casp. Sebastianus, Facult. jur. prodecanus?
Programma, Ulrici Thomae Pestmanni - - - - -
juris Disputationi: de periculo nominis pupillaris,
praemissum.
9. Beckius, Casp. Sebastianus, Fac. jur. decaus:
Programma, Pauli Adami Alsenheimeri - - - - -
juris Disputationi: de quibusdam collegiorum jurisdic-
torum Discussionibus, praemissum.
10. Breidenbach, Henricus. Dissertationis philosophicae: De
certitudine cum principis suis proposita.
11. Bruchnerus, W. Ch. Hieronymus, Fac. jur. decaus:
Programma inaugurali (actui publico Christiani Augusti
Henrici Heydenreichii praemissum).
12. Brunnquellus, Jo. Adam: Prolesis academica: De variis
veterum legibus suis sancti Latem auctori Latemque
concedendi modis veritatem compendi Lambachianum
- - - praemissa.

1729.

13. Bümminghuller, Joan. Salom: De acquisitione domini ex lege
sen, quae fit ipso jure.

14. Bruddeus, Joan. + Franciscus, theol. D. et P.: . . .
Comitibus Henrico VII, junioris lineae Ruthenus, . . .
atque Rodolpho Friderico, Comiti Linariae dynastiae
. . . ob egregium ingenii et eruditionis specimen,
quo litterarum studio in hac academia . . . per-
tractatis finem imposuerunt, gratulatur.

15. Henricus VII. jun. Lin. Ruthenus, Comes ac dominus
Plavinae cet.: De iurisdictione per procuratorem
in causis privatis, imperii & publicis et lite-
rarum gestionem.

16. Haffmannus, Joh. Tubus: De hypotheca nominum
eiusque effecta.

17^a et Linar, Rodolphus Fridericus, Comes, de: De iurisdictione
randi calumniae moralitate, historia, principumque
imperii ab ipsis immunitate. 2. exempl.

1729.

18. Schroeterus, Christianus, De autoritate dominis,
que consensus in alienando vel onerando fundo recipi
cienda.
19. Schroeterus, Johannes Christianus, Fac. jur. prodecaum:
Programma, Johannis Adamii Heyer Disputationi in ang
... praemissum
20. Schroeterus, Jo. Christ. De eo, quod circa facta univers
s, latum licita justum est
21. Schroeterus, Jo. Christianus, Fac. jur. Decaum: De
universitate herede. Programme in ang (actui disputatione
Johanni Caspari Heimbeyri praemissum)
22. Schroeterus, Jo. Christ.: Problemata juris ecclesiastici
An stipendium familiare ei sit concedendum, qui ab
praerogativam alterius illud insubilius annis a. c.
Jenitio consequi haud potest?

1729.

23. Schreterus, Jo. Christ. : *De pactis rem afficien-*
tibus.

24. Schreterus, Jo. Christ. : *De quibusdam collegiorum*
juridicorum notabilibus dissensibus.

25. Stelle, Godwin : *De vita eremitica*

26. Sturmus, Bonaventura Gutthelphin : *De prescriptione*
jurisdictionis territorialis.







1774

Adversarius

1729, III

12

WILH. HIERONYMI BRVCKNERI,

CONSILIARII SAXON. PROFESSORIS PVBLICI,
CVRIAE PROVINCIALIS, SCABINATVS ET
FACVLTATIS IVRIDICAE ASSESSORIS,
h. t. DECANI

PROGRAMMA INAUGVRALE



Chem. Aug. Tho. Heydenreich



— IENAE,
LITTERIS MVLLERIANIS.



WILH. HIERONYMI
BRACKNERI

CONSILIARII SACR. PROFESSORIS PUBLICI
CURIAE PROVINCIARUM SCABINUS ET
FACULTATIS MEDICAE ASSessoricus
M. F. DECANUS

PROGRAMMA INAUGURALE



LENAE,
LITTEBIS MULLERIANIS



QVæstio nonnunquam agitari solet:
Num advocati, qui clientum pa-
tronos egerunt in foris, recte con-
stituantur iudices? Pro negativa
Decianus in Apologia, quam con-
tra Alciatum scripsit cap. XIX. §. 29.
& 30. allegat militantem Alciatum,
lib. XII. parergon Juris cap. XII. in fine, qui Græci
Poetæ carmen ita vertit:

Quisquis causidicus fuit, is ne iudicet unquam,

Rbetore sit quamvis doctior Isocrate.

Venali vir lingua, et opes acquirere suetus,

Judicium haud unquam sordibus absque feret.

Sed distinguendum inter Advocatum pium, æquitatis
justitiæque studiosum, & inter improbum, conscientia
rationem non habentem; ille suadebit pacem & a-
micam compositionem, etiam in causa clientis iusta;
statim atque apparebit iniquitas vel ab initio vel in
progressu litis, denegabit opem & auxilium; paupe-
ri, a cujus parte stat justitia, potius gratuitam præ-
stabit operam, quam diviti adfistet injustam causam
foventi, multamque pecuniam offerenti: convitia
cane pejus & angue fugiet, momenta causarum mo-
deste

deſte & candide proponendo. Talis advocatus optimus fiet iudex, quod innuit Decianus, loc. cit. §. 32. cum ait: *Si loquamur de avvocato, qui vir ſit bonus, contendam, ſemper meliorem futurum iudicem, qui bonus & probus fuerit patronus, quam alium quempiam, qui in foro non ſit verſatus. Nam cum iudex debeat eſſe cautus, neque permittere debeat ſe decipi, advocatus, qui a fori experientia jam didicit omnes modos decipiendi, quibus impetitus fuit in foro, facile iudex factus ſciat evitare cavillationes & alias decipulas, quibus advocati mali uti ſolent, & omnes inſidias pariter facilius eſſugiet, que ab advocatis parari ſolent iudicibus.* Quis conſtituendus ſit iudex, e conſilio, quod Jethro ſacerdos Exod. XIIX. 21. genero ſuo Moſi ſuggerit, pateſcit, dum ſvadet, ut iudices eligat viros candoris, pietatis & veritatis amantes, minimeque avaritia deditos. Sicut igitur potiores iudicum ſunt virtutes, quando candori, pietati & veritati ſtudent, ita ex mente Jethronis recte ſentientis potiffimum iis vitio vertitur, ſi avaritiæ dediti cuncta referunt ad propriam utilitatem. Illi virtutibus addicti certiffimam Dei obtinebunt gratiam, hi autem & eorum liberi corraſſi per injuriam bonis non diu fruuntur. Bre- viter iſta præfari volui, occaſionem nactus

a Nobiliſſimo Candidato noſtro

CHRISTIANO AVGVSTO HENRICO HEYDENREICH

Advoc. Saxon Elect immatric.

qui laudatiſſima legere veſtigia intendit non modo tri- um fratrum natu majorum, ſed & beati parentis, ma- ximis aularum dignitatibus olim conſpicui. Omnes illi, poſtquam in Academiis ſolida poſuerunt Jurium funda-

fundamenta, summis Academicis honoribus ornati primum Advocatorum munere summa cum laude functi sunt, postea ad splendidiora officia evedti; ita & ipse in prociuctu jam stat., ut Doctoris titulo dignissime condecoratus, quod haectenus fecit, agere pergat in foro religiosum causarum Patronum.

Lucem hanc adspexit Gvclpherbyti, in urbe magnorum Ducum sede anno salutis restitutæ CIO IO CC IV. die XVII. Julii mensis, parentibus non minus genere, quam virtute prorsus egregiis natus. Patrem post fara nunc veneratur Virum perillustrem LVDOVICVM HENRICVM HETDENREICH, qui postremum Serenissimis Saxoniae Ducibus Vinariensibus a consiliis fuit sanctioribus, simul Vice-cancellarii munere, nec non ararii provincialis directione per XVI. annos immortalis laude functus est, seque in splendidissima hac statione summis æque ac infimis ita prudentia & fide singulari commendavit, ut meritorum suorum in rempublicam memoriam reliquerit nunquam intermorituram. Matrem colit eximia virtutis & probitatis feminam RAHELEM ELISABETHAM, CHRISTIANI FRIDERICI MEVRERI hereditarii in Lutzenschemern, Trebniz & Lauterbach, Circuli Saxonico-Electoralis per Thuringiam Praefecti Tentadiensis meritissimi Filiam, Dei gratia in vivis adhuc existentem. Avi paterni pios manes suspicit IACOBI HENRICI HETDENREICH, serenissimi Saxo-Gothani Ducis ERNESTI PII consilarii aulici, & Protosynedrui ecclesiastici Praesidis eminentissimi. Aviam paternam laudat SVSANNAM MARGARETHAM pie defunctam, e stirpe praestantissimorum nostræ religionis Theologorum HVNNIORVM oriundam. Avum maternum jam memoravimus. Aviam maternam refert NICOLAI

PHRETSCHNERI, Hæreditarii in Oelfen, Trebniz & Tro-
 fchenreuth, sacri Palatii Lateranensis Comitibus, po-
 tentissimi Electoris Saxonie Conſiliarii aulici & finium
 regundorum Filiam, inter cœlites nunc agentem.
 Poſſemus adhuc plures Candidati noſtri Adſcenden-
 tes recensere, SCHNEIDEWINOS, SPRINGSFELDIOS, LVDOL-
 PHOS in literatorum orbe celeberrimos, niſi e jam ad-
 ductis abunde conſtaret, paucos reperiri e civium
 numero, qui de tot virtute clarisſimis & egregiis pa-
 rentibus gratulari ſibi queant. Turpe igitur & ini-
 quum ratus Noſter a tot tantisque viris familiam
 ſuam illuſtrantibus degenerare, omnes ingenii ner-
 vos intendit, ut parentum & progenitorum ſuorum
 merita & virtutes, ſi non ſuperaret, aſſequeretur ta-
 men. Primum a præceptoribus domeſticis ad morum
 & eruditionis elegantiam formatus eſt, traditus diſci-
 plinæ viroꝝ omni ingenii cultu ornatiſſimorum ſi-
 GISMUNDI KETSERI, hoc tempore apud illuſtriſſimũ
 Haſfeldiæ Comitem Blanckenhaynii Secretarii munus
 obeuntis; GEORGI FRIDERICI ZEIDLERI, nunc apud
 Coethenſes in Eccleſia Lutheranã Diaconi, & Sere-
 niſſimæ viduæ Anhaltino-Coethenſis, quæ Nienburgi
 ſedem fixit, concionatoris aulici; denique IOHANNIS
 FRIDERICI MÜLLERI, verbi divini apud Buttſtadienſes
 hodie præconis; quorum dexteritatem & in ſe me-
 rita grato deprædicat amico. His ſtudioꝝum vitæque
 Magiſtris tantum pro iuſſolis præclara ratione pro-
 ficit in litteris, quæ fundamentum continent altioris
 doctrinæ, ut dignus exiſtimaretur, qui ad Salanas no-
 ſtras Melas ſublimiorum ſtudioꝝum gratia mitteretur.
 Operas oratorias, & quæ ad ſilum cum latinum
 germanicum maxime in Eloquentia politica for-
 man-

mandum spectant, exercitationes præclarissimi Magistri HALLBAVERI, Ordini Philosophorum adscripti, cum philosophicis excellentissimorum hujus Athenæi Professorum, STREBII & STOLLII, & historicis celeberrimi Professoris SCHMEIZELII ex usu suo ac voto conjunxit. Optime sic ad Jurium studia preparatus illustrium Ictorum Scholas adiit, sibi que potissimum Duces elegit IO. CHRIST. SCHROETERV, Institutiones Imperiales publice explicantem, CASP. ACHATIVM BECKIVM, de officiis hominis & civis ad Pufendorffii libros, de Institutionibus Imperialibus, de Jurisprudentia Romano-Germanica ad Struvianum compendium, & de Jure feudali ad Stryckii Examen doctè præcipientem. Præterea interfuit recitationibus in Pandectas ad ductum Compendii Lauterbachiani institutis IO. TOBIAE HOFFMANNI, viri optime meriti, jam Gothæ spartam Adfessoris & Consiliarii in Regimine Fridensteinienfi præclare ornantis. Exacto apud nos biennio ad Lipsiensem se contulit Academiam, interque ICTOS potissimum usus est informatione LVDERI MENCKENII de Jure Canonico ad Schilteri institutiones, item de capitulatione Carolina & processu Electorali Saxonico erudite differentis; IOH. ADOLPHI SCHVBERTI Synopsis juris Schöpferianam, & examen Juris Feudalis Stryckianum illustrantis; IO. IACOBI MASCÖVIT acroases in Jure canonico ac publico facientis; tandem CAROLI ADAMI RECHENBERGII jus privata ad synopsis Schöpferianam exponentis. Disputando quoque sese diligenter exercuit, & jam laudati MENCKENII præsidio fretus tres Juris feudalis dissertationes, & totidem SCHVBERTI auspicio de materiis e jure publico & civili desumptis cum auditorum applausu defendit.

Ex-

Exantlatis laboribus Academicis domum reversus b. parentis consilio ad causas forenses se applicavit, quod consilium etiam post obitum ejus secutus est; propterea Dresdam migravit, ibique probatis in examine juris profectibus, edito eruditionis specimine, praestito etiam jurejurando in advocatorum numerum receptus est. Constituit autem ad exemplum beatorum avi & patris, nec non trium fratrum natu majorum, quorum Senior Serenissimis Ducibus Vinariensibus a consiliis consistorialibus & commissionum fuit; alter eodem munere e clementia potentissimi Poloniarum Regis fungitur, & tertius a Serenissimo Principe Schwartzburgico-Sondershusano, qui Keulæ residet, consiliis aulicis admorus est, summos in Jure Honores expetere, ideoque ad nostrum rediit Lyceum. Exposito nobis honesto desiderio ad consueta candidatorum juris examina ipsum admisimus, in quibus omnino se praestitit Virum, cui Doctoris gradum rite conferamus. Antequam vero id peragatur, disputationem solemnem de *Stipendio Familiae* cras habendam pro more indicimus, simulque Magnificum Academiae Pro-Rectorem, illustrissimos Comites, excellentissimos Academiae proceres, denique omnes, qui literas in hoc Prytaeco colunt, ea, qua decet, observantia & humanitate oramus, ut memorato die praesentiam suam nobis largiri, eaque actum publicum splendidiorem reddere hand g. entur.

Jenæ P. P. d. IV. Octob. M DCC XXIX.

(L. S.)

Jena, Diss., 1729

X 239 7903







Adversus

1729/11

12

WILH. HIERONYMI BRVCKNERI,

CONSILIARIUM SAXON. PROFESSORIS PUBLICI,
CVRIAE PROVINCIALIS, SCABINATUS ET
FACVLTATIS IVRIDICAE ASSESSORIS,
h. t. DECANI

PROGRAMMA INAUGVRALE



Chon. Aug. H. Heydenreich

IENAE,
LITTERIS MULLERIANIS.

